

CAPITVLA AB ARO-
MATARIIS VRBIS RO-
MAE, ET EORVM COLLEGIO
OBSERVANDA

Moderata & declarata per Illustriss. D. Cardinalem
de Saluiatis, uigore Commissionis S. D.
Clementis Papæ VII.



RIMO quod nullus Aromatarius ad exercitium
Aromatariæ, ut principalis, seu institor, aut apo-
thecæ præpositus poni debeat, uel intrare, neque
apothecam exercere, nisi a Protomedico, eiusque
Consiliarijs, & Aromatariorum Consulibus, exa-
minatus, & approbatus fuerit, qui contrauerit
pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat.

Secundo, Nec possint sub eadem pœna Aromata-
rij, seu aliquis eorum simplicia ad composita me-
dicinalia deducere, nisi a Protomedico, & Consiliarijs, aut alijs personis
idoneis, quibus Protomedicus commiserit, & modo in talem euen-
tum cum personis sic electis vnus ex collegio Medicus interuenerit, Qui
Medicus sic electus pœnam uisitationem eum dictis electis interesse
debeat, inspiciantur, quod si Protomedicus, Consiliarij, aut viri una cum
Medico, ut supra electi interpellati inspiciere neglexerint, extunc Aromata-
rij possint sua composita facere.

Tertio Teneantur Aromatarij quolibet anno semel, bis uel pluries, &
quoties a Protomedico requisiti fuerint, ipsi uel idoneis personis, & Me-
dico ex dicto collegio, ut supra electis, una cum Consulibus ipsorum omnia
simplicia, & composita ostendere, ut que bona sunt approbentur, mala
uero repellantur, reprobata autem & falsa, seu mala iudicata in Capitulo
in die iudico publice comburantur, & si in præmissis renitentes fuerint
Aromatarij, seu Consules, incidant in pœnam prædictam.

Quarto, Etiam quod nullus Aromatarius sub eadem pœna det, uen-
dat, mittat, aut donet rem aliquam medicinalem, in medicinam redactã,
elictiue euacuantiem, neque scamoneam, aut oppiatam multum alicui
homini mâri uel tominæ, ut prædicta capiat, nisi de alicuius Medici Phi-
losophici doctorati, uel licentiati, ab aliquo Collegio approbato, uel saltem pro-
tali reputetur, & habeatur, uel hic in Vrbe in exercitio medicandi toleret-